



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

314. Sabbat. Quomodo Deata Virgo in his virtutibus excelluerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

552 *Feria 6. Domin. 20. post Pentecost.*
dibilius est, tenemus: Si propter hominem mor-
tuus est Deus, non est victurus homo cum Deo?
Non est victurus mortalis in eternum, propter
quem mortuus est, qui vivit in eternum.

Conf. 3. Actiones spei. 1. Sperare animæ
beatitudinem. 2. Beatitudinem corporis.
3. Mansionem perpetuam in civitate cœlesti
non manu facta. 4. Media ad beatitudinem.
5. Adjutorium Sanctorum, idque non ex
proprijs meritis, sed ex bonitate Dei, & me-
ritis Christi. 6. Ob hanc spem mundi bona
contemnere, & lætari defectu. 7. Viriliter re-
sistere malis, & confortari in bonis, & ardua
quæque aggredi. Postulabo hanc spem de
manu Domini, & media omnia ad conse-
quendam beatitudinem. 1. Remissionem
peccatorum. 2. Victoriâ tentationum. 3.
Mortificationem passionum. 4. Avulsionem
à creaturis. 5. Acquisitionem virtutum. 6.
Familiaritatem Dei per orationis donum.
7. Charitatis perfectionem, omnia in eo gra-
du, qui ad gloriam paratam mihi sufficit.

MEDITATIO CCCXIV.

Sabb. Domin. 20 post Pentecosten.

Quomodo B. Virgo in his virtu-
tibus excelluerit.

Aspiciam B Virginem Religione, Securi-
tate, Simplicitate, Sobrietate, Sollicitu-
dine,

Sabbato. Domin. 20. post Pentecost. 553

dine, Spe animarum, & fulgentem sicut Sol radijs. Petam harum virtutum fieri amplius particeps.

Conf. 1. B. Virginem Spe plenam, unde à S. Ambrosio de Instit. Virg. cap. 2. ibid. c. 7. dicitur *Olla spei nostra*. Plenam Religione, quæ ab eodẽ Sancto dicitur *Aula cœlestium Sacramentorum*; & S. Hieronymus ad Heliodorum ait, *ab hora nona incipiebat orationem suam, à qua non discedebat, usque quo Angelus apparebat, de cuius manu escam accipiebat.* Ioannes Gerson Hymn. 4. de B. Virgin. ait, quòd sit *Arx Religiosorum*. Plenam Securitate, de qua ait Richard. à S. Victor. Lib. 2. de Emman. cap. 31. *In cæteris Sanctis magnificum habetur, quodd à vitijs nõ possint expugnari: In Virgine mirificum videtur, quodd à vitijs non potest ipsa vel in modico impugnari.* Plenam Simplicitate, propter quam ab Anonymo Abbate lib. 6. cap. 8. in Cant. dicitur *habitaculum omni fuce, & dolo carens, & columba una, perfecta, electa.* Sobriam, agnoscit S. Ambrosius: Lib. de Virg. Est enim sobrietas ornamentum Virginum. Sollicitam, ut patet in nuptijs, in quærendo Christo sapius, de qua ait Ioannes German: Ioan. 2. in cat. ad c. II Luc. *Arca nunquam quiescens.*

Conf. 2. Et disquiram, quomodo in his Virtutibus me exercuerim, & in posterum

AA

exerc-

554 *Dominica 21. post Pentecost.*
exercere velim, implorato ad id auxilio
Beatissimæ Virginis.

MEDITATIO CCCXV

Dominica 21. post Pentecosten.

De Studiositate.

Aspiciam Dominum JESVM negligentis
inimicum, præ Studiositate, ut ad ean-
dem nos accenderet, sæpe de altera vita lo-
quentem, eandemque inclamantem. Petam
eam obtinere.

Conf. 1. Studiositas est virtus, quâ im-
moderatum appetitum sciendi comprimimus,
& animum ad necessaria discenda negligen-
tem accendimus.

Conf. 2. Incitamenta. 1. *Altiora te ne
quesieris. Scrutator Majestatis opprimetur à
gloria. Non plus sapere, quàm oportet sapere.*
2. Nihil est in homine post virtutem dignius
scientiâ, perficiente intellectum; in discendo
optime tempus collocatur. 3. Stultitia in-
ducit negligentiam, dicit enim: Quorsum
discendi labor, ad quid horum scientia? &c.
4. Christus laudat scribam, proferentem de
thesauro suo nova, & vetera. 5. Ipse Christus
exempli causâ inter Doctores duodennis
audiebat, & interrogabat studiosissime.

Conf. 3. Actiones. 1. noxia, prohibita, cu-
riosa, inutilia, nolle scire, & solam cognitio-
nem